



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

LV. Literæ nonnullæ Apostolicæ, Ordinis Regularibus & Mendicantibus a
piæ mem. Benedicto, ad terminos juris communis, Concilii Tridentini, &
Constitutionum Apostolicarum reducuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individualia, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficiente expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter nominatim & expresse ad effectum praemissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Ut autem praesentes nostra, quae in singula loca deferti non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut eam cum praesentium transtumbris vel exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, ubique Locorum & Gentium eadem prorsus fides habeatur, qua haberetur ipsi praesentibus, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Martii 1732. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

F. Cardinalis Oliverius.

L.V.

Dat. die 30.
Martii 1732.
Pontif. II.

Exordium.

Ex concessio-
nibus Bene-
dicti Prae-
decessoris mihi-
ta exortaz li-
tes.

A nonnullis
S.R.E. Cardi-
nalibus San-
ctissimo N.D.
conflatum,
ut hujusmodi conces-
siones modera-
re.

Litteræ nonnullæ Apostolicæ, Ordinibus Regularibus & Mendicantibus a piæ me. Benedicto XIII. concessæ, prævia moderatione, ad terminos Juris communis, Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum reducuntur.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, quem coelestis Pater familias Vineæ suæ custodiendæ præposuit, diu noctuque Operarios, impigre in ea laborantes, circumspicit, congruam immo amplam mercedem eis largitur, ut Vinea, probis Agricolis hoc pacto ad eam alacrius excollendum incumbentibus, uberiori proventu fructificare possit.

§. 1. Sane felicis recordationis Praedecessor Noster Benedictus Papa XIII. strenuas Ordinum Regularium & Mendicantium cohortes, hanc Domini Vienam atque agrum Ecclesiam, indesinenter colere conspicatus, ac paterno erga eos animo effecitus, quo etiam Nos ipsi utique afficimus, plura eis privilegia concessit, ratu ea pari voluntate universum excipienda; quod tamen fecus evenisse, Nos ad Supremi Sacerdotii apicem, disponente Domino, eventi, agre intelleximus; inde nimur præter omnem expectationem nostram variis litibus & controversiis exortis, ac nisi opportune occurrit, fortasse imposterum exorturis. Quare nonnullis ex hujusmodi literis & Constitutionibus Apostolicis mature persensis, ad sedando rumores propterea excitatos, mutuamque & vere christianam inter Episcopos & Regulares familias, ac etiam Seculares Ordines & Sodalitates, publicasque Universitates, benevolentiam & pacem ubiqui in Ecclesia servandam, de consilio nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostra Sancta Romana Ecclesia Cardinalibus in hanc sententiam devenimus, ut subsequentibus Literis & Constitutionibus Apostolicis, eodem Pontifice Benedicto Sedente, vulgariter, moderationem aliquam auctoritate Nostra adhibendam esse decerneremus. Literæ vero res earumdem Literarum & Constitutionum usu-

ipsæ, & Constitutiones, Ordinibus Regularibus pridem concessæ, ha sunt.

Edita 4. Idus Decembribus Anno Domini 1725., quæ incipiunt: Paterna.

Alia 19. Kal. Junias Anni 1726., quæ incipiunt: Ratio Apostolici ministerii.

Alia 3. Nonas Julias ejusdem Anni, quæ incipiunt: Singularis devotionis.

Alia 8. Augusti ejusdem Anni, quæ incipiunt: Exponi Nobis nuper fecerunt.

Alia Kal. Septembribus ejusdem Anni, quæ incipiunt: Vitæ, & morum integritas.

Alia Kalendas Januarii Anni 1727., quæ incipiunt: Libenter.

Alia 5. Nonas Martias ejusdem Anni, quæ incipiunt: Loca Sancta.

Alia Kal. Aprilis ejusdem Anni, quæ incipiunt: Ex quo Sedes.

Alia 5. Nonas Aprilis ejusdem Anni, quæ incipiunt: Summe deceat.

Alia 7. Kal. Junias ejusdem Anni, quæ incipiunt: Preiosus, unâ cum declarationibus sub die 28. Septembribus 1728. ab eodem Pontifice factis super quibusdam dubitis circa intelligentiam rerum in ipsa Constitutione contentarum exortis.

Alia 21. Martii Anni 1729., quæ incipiunt: Exponi Nobis fecit.

Alia demum 7. Kal. Aprilis ejusdem Anni 1729., quæ incipiunt: In Sede.

§. 2. Quamvis autem haec omnia & singula ex ejusdem re. me. Benedicti pia & laudabili erga Regularium familias voluntate profecta fuerint, quos ipse ob eorum zelum de salute animarum, religionis fervorem, doctrinam, & regularis disciplinas observantiam, magna ac vere paterna dilectione prosequebatur, Nosque ipsi æque prosequimur, concessa, extensa, decreta, confirmata, & declarata fuerint; Nos tamen, qui post varias altercationes & difficultates de iisdem Literis & Constitutionibus excitatas, optatam Sanctæ Dei Ecclesie tranquillitatem præ oculis habemus, volentes, ut universis dominici gregis Pastoriibus, ac præfertim Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, in partem solicitudinis Nostræ vocatis, liberum jurium suorum, quæ Summi Dei gloriam, & animarum salutem respiciunt, in illorum Dicecessibus exercitium servetur: quæque illud quomodocumque impedit & ladere fortasse possunt, pro virili nostra penitus amovere cupientes, quemadmodum alias Romani Pontifices Antecessores Nostri sapienter gerunt; Nos quoque ad præservandum iisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac quibuscumque aliis Ordinibus, ac tibibus Ecclesiasticis & Secularibus, suorum jurium exercitium & possessionem, amovendamque quarumcumque dissentionum & litium occasionem, ex concessa Nobis divinitus Apostolicæ potestatis plenitudine, eorumdem Antecessorum Nostrorum Pontificum Romanorum vestigiis inhærentes, statuimus & decernimus, de omnibus & singulis prædictis Literis & Constitutionibus, quæ ab eodem Antecessore Nostro Benedicto prodiunt: necnon de omnibus privilegiis, gratiis, favoribus, indultis, exemptionibus, facultatibus, & declarationibus in iisdem contentis, eam deinceps decisionem ac judicium, etiam in foro conscientia, habendum, quod sive ex Jure communi, sive ex Concilio Tridentino, sive ex Decretis & Constitutionibus Apostolicis, sive alias legitime habebatur, antequam eadem litteræ & declarationes ab eodem Benedicto concessæ fuissent, perinde scilicet ac si illa non emanasset; ad quam dispositionem, ejusque pristinum statum ac terminum, omnia superius enunciata, omnino reducimus, & reducta esse volumus, ita imposterum supradicti Ordines Regulari adhibendam esse decerneremus.

commodo,

Quæ sine
Constitu-
tiones, de qui-
bus quæ.

Quibus re-
tionibus mo-
tus si Præ-
cessor Bene-
dictus halce-
mitrendi
Constitu-
tiones.

Episcopalem
vero juris-
ditionem cum
frangant.

Ad terminos
juris redu-
cuntur, quasi
emanatae non
fuerint.

Et que ea-
rum vigore
acta sunt, ir-
rificantur, si
hunc adver-
sentur redu-
ctio[n]is.

Lites vero
hinc exortas,
& adhuc pen-
dentes e-
dem modo
decindendas
decernimur.

Futura vero
dubia, & dif-
ficultates ad
Apost. Seden
defenda.

Clausula.

commode, & effectu penitus carere debere in-
telligentur.

§. 3. Hinc ad præmissorum effectum pro-
nullis & infectis haberi volumus omnia Decreta
irritantia, prohibitions, declarations, manda-
ta, & quæcumque in Literis & Constitutionibus
prædictis quomodolibet apposita, atque alia eo-
rumdem occasione facta, huic reductioni, decre-
to, & voluntati Nostræ quomodocumque adver-
fianta, quibuscumque ea essent concepta formu-
lis, ac præservationibus, declarationibus, mo-
dificationibus, restrictionibus, explicationibus,
derogatoriarum derogatoriis, aliisque validissi-
mis, efficacissimis, & inviolabilibus clausulis,
præsertim quod semper in data cuicunque Con-
stitutione illarum revocatoræ, imposterum eden-
da, posteriores censeantur; etiam motu proprio,
& postea pari plenitudine, ac ex certa
scientia, etiam confistorialiter, etiam pro con-
servatione status Regularis, etiam in vim con-
tractus & stipulations inter Sedem Apostolicam
& Ordines predictos inita, quam ad hujusmo-
di effectum rescindimus, & ex novo resuscitamus,
nulliusque roboris & momenti esse volumus, &
decernimus.

§. 4. Ideoque omnes dissensiones, alterca-
tiones, & lites coram quibuscumque Judicibus
ordinariis, extraordinariis, & commissariis,
etiam Caufarum Palatii Apostolicæ Auditoribus
& Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus, etiam
de Latere Legaris, necnon quacumque eorum
dem Cardinalium Congregatione, predictarum
Literarum & Constitutionum occasione jam mo-
tas, nedum decisas aut finitas, vel etiam, qua
jam decisa essent, si modo tractum habeant
successum, easque rufus imposterum excita-
ri contingat, juxta Juris communis, Con-
ciliij Tridentini, Decretorum & Constitutionum
Apostolicarum, ac præsentem hanc Nostram
dispositionem, nec aliter, decidendas esse pre-
cipimus.

§. 5. Futura vero dubia & difficultates, ubi-
cumque & quandocumque oriuntur, ad Nos
& Seden Apostolicam, ad quam Pontificiarum
Constitutionum, atque ecclesiasticarum Sanctio-
num interpretatio pertinet, refereada esse de-
cernimus.

§. 6. Itaque omnia & singula haec tenus me-
morata: necnon præsentes, etiam ex eo, quod
causa, ob quas emanaverint, comprobatae,
expressæ, & verificatae, aut in præmissis inter-
esse habentes, vel habere prætententes, ad hoc
vocati, citati, & auditio non fuerint, neque
eisdem consenserint: vel alias ex quocumque
capite, prætextu, colore, ingenio, vel causa,
de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis
vicio, vel intentionis Nostra, sive alio quo-
vis defectu, notari, & impugnari, argui, in-
fringi, retractari, in ius vel controveriam vo-
cari, ad terminos juris reduci, aut contra eas
quodvis gratiae vel iustitiae remedium impera-
tri, seu concedi nullatenus posse; sed eas, ac
omnia & singula in eis contenta, semper & per-
petuo valida, firma, & efficacia esse & fore;
suscipere plenarios & integros effectus sortiri &
obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos
spectat, & pro tempore quomodolibet specta-
bit, inviolabiliter observari, omnino statuimus;
sicutque, & non alias, per quoscumque Judices
ordinarios & delegatos, etiam Caufarum Palati-
i Apostoli Auditores, ac prædictæ Sanctæ
Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere
Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nunciois;
quavis auctoritate & facultate fungentes, sub-
lata eis & eorum culiber quavis aliter judi-
candi, definiendi & interpretandi facultate &
auctoritate, judicari, & definiri, & interpretari
debere; ac irritum & inane, si fecus super
his a quoquam quavis auctoritate scienter vel

ignoranter contigerit attentari, decernimus, &
declaratum esse volumus.

§. 7. Non obstantibus præmissis, necnon No-
stræ & Cancellariae Apostolicæ Regula de jure
quæsito non tollendo, necnon omnibus & sin-
gulis predicii Benedicti decessoris, ac declarati-
onibus super dubiis, aliisque Constitutioni-
bus & Ordinationibus Apostolicis; necnon omni-
um & singulorum Ordinum predicatorum, ac
eorum cuiilibet, etiam juramento, confirma-
tione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
boratis status, & consuetudinibus, privilegiis
quoque, induitis, etiam mare magnum, vel
alias quomodolibet nuncupatis, literisque Apo-
stolicis sub quibuscumque tenoribus & formis,
cum quibuscumque etiam derogatoriarum de-
rogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis
clausulis, ac irritantibus, aliisque decretis in
genera vel in specie, etiam Motu proprio, &
confistorialiter, ac alias quomodolibet in con-
trarium præmissorum concessis, confirmatis,
& plures innovatis. Quibus omnibus & singu-
lis, etiam pro illorum sufficienti derogatione
de illis eorumque totis tenoribus specialis, spe-
cifica, expressa, & individua, ac de verbo ad
verbū, non autem per clausulas generales idem
importantes, mentio seu quævis alia expressio
habenda, aut alia exquisita forma ad hoc ser-
vanda fore, eorum omnium & singulorum
tenores idem præsentibus pro plene & suffi-
cienter expressis, & ad verbū insertis haben-
tes, illis alias in suo robore permanens, la-
tissime & plenissime hac vice dumtaxat specia-
liter & expresse derogamus, ceterisque quo-
modolibet contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut eadem præsentes
in Valvis Basilicarum Sancti Joannis in Laterano,
& Principiis Apostolorum de Urbe, ac in
acie Campislorum, ut moris est, affixæ, quo-
cumque illæ respiciunt, arcent & afficiant, per-
inde ac & unicum coram & personaliter in-
timata suissent, ut earumdem præsentium trans-
sumptis, etiam impressis, manu alicuius Notariorum
publici subscriptis, & sigillo Personæ in
dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ea-
dem prorsus fides adhibetur, quæ eisdem
præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel
ostense.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat,
hanc paginam nostri statuti, decreti, volunta-
ris, moderationis & reductionis infringere, vel
ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumperet, indignationem Omnipot-
entis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Aposto-
lorum ejus se noyerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
Anno Incarnationis Domini millesimo
septingentesimo trigesimo secundo, 3. Kal. Apri-
lis, Pontificatus Nostræ Anno Secundo.

A. Card. Datarius.

F. Card. Oliverius.

Vita de Curia I. Archiep. Ancyranus.

D. Stivanus.

Reg. in Secret. Breviam.

Confirmantur Regulae & Constitutiones Congre-
gationis Montis Libani Monachorum Syiorum
Maronitarum Ordinis S. Antonii Abbatis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolatus officium, quod inscrutabilis Divi-
na Sapientia atque Bonitatis altitudo humili-

LVI.

Dat. die 31.
Martii 1732.
Pont. An. II.

Exordium.